

## De Preambulis

## III

Quod omni complexorum et incomplexorum conceptiones reducuntur et  
resoluntur in conceptionem entis quod est primum intelligibile. **Capitulum II**

**Secundum preambulū est. quod sicut in**  
conceptioibus intellectus complexis scilicet in propositionibus  
et enunciatioibus oportet fieri reductionem in aliqua  
complexa que sunt principia per se intellectui nota.  
in que omnia alia resoluntur. ut. i. posteriorum dicitur. alias per  
raret scientia et esset processus in infinitum. Ita in conceptionibus in  
complexis terminorum inuestigando quod unum quodque est: oportet  
fieri reductionem ad aliquid incomplexum. quod primo intellectus  
concepit. et ad quod omnes conceptiones aliorum simpliciter dictorum ter  
minorum finaliter resoluntur. Primum autem principium demonstra  
bilius et enunciatibilius ad quod omnia alia resoluntur. fundat  
super esse et est de quolibet esse vel non esse. Ergo modo consimili  
terminus incomplexus ad cuius conceptionem omnes conceptiones in  
complexorum resoluntur: est ens quod ab actu essendi sumit. Cum  
autem conceptus complexorum resoluat in conceptum incomplexorum: neces  
se est quod omnes conceptiones tam complexorum quam incomplexorum resol  
uantur finaliter in conceptionem entis. et ita dicit Avicenna in  
principio sue metaphisice.

Quomodo dividitur ens. in ens reale et ens rationis  
in substantia et accidens. in ens secundum se in ens secundum accidens. et  
quid sit unumquodque istorum. **Capitulum III**

**Tertium preambulū est quod ens ad quod**  
omnes conceptiones anime resoluntur dividitur tripli  
citer. Nam omne ens vel est rationis tantum quod est solum in  
anima et ab anima quod de se nihil est circumscripto  
omni actu intellectus. et hoc ens nihil dicitur positive et subiecti  
ue in anima sed obiective solum ut nunc suppono. Vel est ens  
reale. et hoc est quod non est ab anima sed potest esse in anima et extra  
animam. nec dependet ab operatione intellectus precise. quia est ens  
reale quod habet esse in rebus natura: circumscripto omni actu in  
tellectus. Et istud ens dividitur in ens quod est ens habens esse p